

1758 et reparantur arma et non solum nobiliū iuuentūs,
~~sed~~ et de populo plerique rursus opera reicientes manus
 suas plus lignis et vomeri aptas scutis, lanceis
 et ceteris aptant armis militariis. Hic rumor dum ad
 aures domicellarum, quae viros suos tenero diligebant
 amore, pervenit, earum corda perturbabat et cum magno
 dolore et gemitu diem ad hoc iter movendum expectant.
 Ad eligendam contra Mediolanum militiam curia Prage
 Boemis indicitur. Ad hoc idonei eliguntur milites.
 Primo itaque ipsius domini Vladislai regis vexilla pro-
 cedunt rosea, post leta militum iuventus fremens in
 arma progreditur. Dominus autem Gervasius, Wisegraden-
 sis prepositus et cancellarius, in quo maxime domini
 regis pendebat consilium, cum domino suo rege magis
 labores eligens et exilium quam otium et delicias, ean-
 dem expeditionem et labores arripit. Plurime domicelle,
 quae viros suos diligebant tenerime, viros suos iam Medio-
 lani iam in corde habentes et tamquam contra illud dex-
 trarios suos urgentes eos cum fletu revocant et eis quasi
 aliquid secreta locutur eis dulcia figunt oscula eis filios
 suos salutandos offerentes, qui parentes suos flere videntes
 flere non cessant causam fletus ignorantes. Per mediam

6 korot. ~~ausg~~ P

rosea

1) ~~inbruggen~~ P

1) ~~neofl zu Hilgen~~

1) ~~neofl~~ ~~oben~~ T.